



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.  
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

**Angelis, Paolo de**

**Roma, 1621**

Cap. III. De Reliquijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13873**

Benatus Ecclesie predictæ Sancta Marie Majoris, & à reliquo lateribus horti quidam coherent cum viridario, ac omnibus membris, iuribus, & pertinentijs suis à mensa Capitulari predicta etiam sine dilectorum filiorum Archipresbyteri, & Capituli eiusdem consensu, ac ipsis iniunctis, & omnino contradicentibus perpetuo, auctoritate Apostolica, tenore presentium dismembramus, ac separamus, illamque cum viridario, ac omnibus membris, iuribus, & pertinentijs suis, huiusmodi predictis Penitentiariis, nunc & pro tempore existentibus, pro eorum ac dictorum duorum Conuersorum perpetua habitatione, & usu concedimus, & assignamus.

Hodie Penitentiarij ex portione, & Præbenda vnius Canonici viuunt, cum Monasterio, & Abbatia supra notata fuerint priuati, quod his verbis legitur: Et sicut inter alia animaduertimus inter ipsius Basilice Canonici, & Præbendas, Theologali quidem Præbenda, aut iuxta Concilij Tridentini Decreta, Penitentiaria nulla sit, sed ex vetere instituto Collegium sex Minorum Penitentiariorum, qui quotidie imbi Christifidelium confessiones audiunt, institutum existat, quibus aequum videtur ex ipsius Basilice, seu illius mensa Capitularis fructibus, redditibus, & prouentibus alimenta, & vicetum subministrari, utpote qui & Basilice ipsi inserviant, & onera, que alioquin per aliquem ex ipsius Basilice Canonici supportanda forent, sua opera, & industria sustineant.

Cone. Trid. sciss. 24. c. 12. de reformat.

A pè Sancti Hieronymi Altare hæ reliquæ includuntur vna cum Sanctorum imaginibus, velut ex notatis appetet, quæ ex illis descripsimus.

Tabula una laborata ex auro, & argento, & aliquibus smaltis, cum Imaginibus, & litteris græcis, ac lapidibus pretiosis, ubi reconditum est Puerperium Domini Nostri Iesu Christi: à parte verò posteriori est argentea cum signo Crucis. quæ tabula sustentatur à duobus Angelis argenteis, qui stant supra quodam solo æro, seu rameo deaurato, cum armis familie de Cancellariis, seu del Bafalo.

Caput Sancti Matthiae Apostoli positum in vasculo Nibilij Calcedonij in quodam magno Tabernaculo argenteo deaurato, & smaltato cum sex columnis quadris, & cum lampadibus azurris, in summitate uniuscuiusque columnæ, & cum armis Reuerendissimi Domini, Domini Rothomagensis, & cum Ciborio, & argenteo deaurato, quod à Tabernaculo cuelli, seu separari potest.

Brachium Sancti Matthæi Apostoli, & Maximiliani Rothomagensis, ornatum brachio argenteo, & manu ornatum, ac libro argenteis, cum armis Reuerendissimi Domini Rothomagensis.

Brachium Sancti Luce Euangeliste, ornatum & brachio, & manu argenteis, tenente calatum argenteum, cum magna fimbria ornata smaltis, pernis, & cum monili in summitate brachij, in quo est media figura cuiusdam Apostoli, & in calce est arma Reuerendissimi Domini Rothomagensis.

Caput S. Marcellini Papæ, & martyris, positum in ære, nunc verò in argento cum Regno Pontificali.

Brachium sancti Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, ornatum brachio argenteo cum chirotheca argentea, tenente unum monile cum aliquibus lapidibus pretiosis ab uno latere, ab alio stant litteræ significantes reliquias ibi existentes, cum basi etiam argentea, in qua stant litteræ dicentes, Brachium sancti Thomæ martyris Archiepiscopi Cantuariensis.

Brachium sancti Iuliani, martyris aliquatenus deauratum cum anulo in digito medio, & in fimbria cum media figura Sancti Ioannis Baptista, cum armis eiusdem Reuerendissimi Domini Rothomagensis.

Caput Sancte Virginis, & martyris, ornatum argento pro parte deaurato, cum corona argentea deaurata, quæ stat ex quinque lilijs, & sustentatur à quatuor pedibus æris deauratis.

Vnum

## DE RELIQVIIS.

### Caput III.



ET VSTVM Librum in Archiuio comperimus, in quo huius Basilicæ Reliquiæ simul cum ornamenti, atque alijs rebus sacris annotantur: quæ Clemente Septimo Pontifice à Borbonis militibus, partim auro, & alijs ornatis spoliata, partim erecta fuere; vnum pietatis indicium iactantibus, dum sacrarum Reliquiarum nomina ipsiæ Reliquiæ inscripserint; quæ tamen à dextra Tribuna parastadae musiū opere auro exornata leguntur.

In quodam Tabernaculo marmoreo à quatuor columnis purpureis sustentato pro-

Vnum vas eburneum eleuatum, ornatum argento deaurato cum pede, seu basi argentea, in quo conseruantur multæ reliquie diuersorum Sanctorum, videlicet Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum.

Quoddam vasculum crystallinum paruum, ornatum argento deaurato cum lapidibus pretiosis, ubi est de cerebro, sanguine, cuculla, & cilio Sancti Thomæ martyris Archiepiscopi Cantuariensis.

Una capsula crystallina ornata argento deaurato cum quatuor pedibus argenteis, in qua stant quinque frustæ ossium de reliquijs Sanctorum Cosme, & Damiani martyrum.

Os tibiae sancti Epaphre martyris, qui fuit unus de septuaginta Discipulis Domini nostri Iesu Christi.

Duo digiti Sancte Anatholie virginis, & martyris in quodam Tabernaculo crystallino ornato argento, seu ære deaurato.

Mentum sancti Zacharie Prophetæ possum in quodam vase matreperle, ad modum unius nauiculae, ornato argento deaurato cum certis lapidibus pretiosis, cum Angelo argenteo in summitate, qui tenet in una manu thuribulum, & in altera nauiculam.

Quædam Tabula ad mensuram unius palmi, & plus, cooperta argento deaurato, que in medio sui est vacua, & in vacuo est magna quantitas de ligno veræ Crucis, in medio cuius ligni est quædam Crux parua etiam de ligno veræ Crucis cum cooperitorio argenteo cum Crucifixo.

Tabernaculum unum crystallinum oblongum ornatum argento, lapidibus pretiosis, & pernis, cum parvo Ciborio argenteo deaurato, & cum lapidibus pretiosis & pernis, cum pede, seu basi quadrata, & aliqualiter eleuata, cum figuris quatuor eleuatis ex argento deaurato; videlicet, sancte Mariae, sancti Matthæi, sancti Luca, & sancti Hieronymi ab unoquoque latere, & substantiatur a quatuor Draconibus alatis. In quo Tabernaculo seruatur de sindone, qua fuit adiolutum corpus D. N. Iesu Christi; & de sudario, quo fuit cooperatum caput eiusdem in monumento; & de sponsia, qua bibit fel, & acetum pendens in Cruce. ponderat libras quinque, unum et unam.

Quinque Afferes seu tabulae oblonge ad mensuram unius brachij & plus, stricte ad mensuram quatuor digitorum, que sunt de cunabulis D. N. Iesu Christi, posite in quadam capsula oblonga & stricta cooperta argento cum historia Beate Virginis ex figuris deauratis, & ab alio latere que dicunt Anno Domini. M. CC LXXXIX. D. Iacobus de Columna Cardinalis fecit fieri hoc

A opus, & arma eiusdem sine pileo. Hodie vero in alijs cunabulis sunt inclusæ ex argento deauratis, annis preteritis à Catharina Hispaniarum Regina dono datis.

Capsula una crystallina cum cooperitorio crystallino, & cum quatuor paruis pedibus, quorum duo deficiunt: in qua capsula est quedam Crux de argento mellato cum imagine Beatae Virginis, & aliorum Angelorum, & habet cooperitorum de auro puro, in quo est Imago Crucifixi integra cum nouem lapidibus pretiosis paruis, & cum aliquibus pernis; & intus in Cruce, que est vacua, stant aliqua Sanctorum reliquie. In eadem capsula est unus canulus de ære cum cooperculo, quod intra se habet canulum aureum cum lacte Beatae Virginis: & in eadem capsula est unus vasculum quadratum de lapide pretioso cum cooperitorio æreo, vel argenteo deaurato. Et una parua charta, que habet litteras. De sepulcro Beatae Virginis Marie: & una charta maiuscule cum uno frusto ligni nigri, & litteræ dicunt. De lecto Beatae Virginis: & unum frustum de sindone pauonatia, que habet inclusum quoddam frustum antiquissimi serici: & unum frustum de serico laboratum ad listas rubeas, & aureas, que habet in se, de feno Praesepis, quod est ad modum cartiche.

Una capsula lignea depicta aliqualiter longa cum aliquibus figuris, in qua stant reliquie Sanctorum, videlicet Philippi, Iacobi, & Bartholomei. Item sanctorum Calisti, Marcelli, Sixti Pape, & martyris. Item sanctorum Naboris, & Felicis, Nerei, & Achillei, atque Pancratij, & Sebastiani martyrum. Item sanctorum Viuiane, & Euphemia virgin. & martyr. Et aliorum Sanctorum, & lapides sepulchri Domini nostri Iesu Christi.

Capsa una de osse, seu ebore, in qua est quædam capsula de marmore cum cooperculo etiam de marmore, & plena reliquijs Sanctorum, cum quodam vitro desuper, ut videri possint, & non tangi. Item reliquia de sancta Ursula in sindone nigra. Item unus panniculus lineus cum lapide sancti Sepulchri. Item duæ ligaturæ in uno panno lineo, & est scriptura, que dicit, in quædam ampulla stant reliquie Apostolorum Petri, & Pauli, & in alia ampulla est de lacte Beatae Virginis Marie, & stant reliquia sancte Viuiane virginis, & martyris. Et alia scriptura dicit: Hic in bambasio est inuolutum de cerebro sancte Viuiane virg. & mart.

Vna capsula de ligno cooperita osse, seu ebore, in qua stant multi Sanctorum reliquia sine scriptura. Cum scriptura vero sunt haec, videlicet: Mentum sancte Basilice. Os Beatae Catharinae virginis, & martyris: Os sancti Abundij: Duo

112 BASILICAE S. MARIAE MAIORIS

vasecula vitrea parua. Vna capsula lignea, plena reliquijs. Vnus annulus vitreus, seu crystalinus. Vnu vas vitreum ad modum salerie plenum reliquijs Sanctorum. Vnum vas crystallinum longum, ornatum argento deaurato cu quinq<sup>u</sup>ansalis, in quibus est quadam corda serica.

Tunicella de serico albo Sancti Thomae marinis Archiepiscopi Cantuariensis, suo sanguine aspersa.

Planeta, stola, & manipulus de serico, quibus celebrare solebat Sanctus Hieronymus Doctor in cappella Presepis, cum in Bethlehem moraretur.

Vna capsula eburnea plena reliquijs Sanctorum, & Sanctorum, inter quas leguntur reliquie S. Praxedis.

Quidam catinust terreus, coloris viridis, in quo conservatur multitudine sanctorum reliquijs: & ibidem stant due parue capsulae lignae cum sanctis reliquijs sine scriptura.

Vna Imago de ligno cum figuris Sanctorum Laurentij, & Stephani in medio, & cum multis, & diversis sanctis reliquijs inclusis in quibusdam Tabernaculis vitreis: & ab una parte est figura Sancti Francisci, & ab alia figura Sancte Clares.

Due Imagines Sanctorum Mariae, & Elizabeth si mutuo amplexantium, in quarum veteris stant parue imagines Christi, & Ioannis Baptiste, & crystallo inclusae, & stant sub Tabernaculo eleuato à quatuor columnis, & desuper in medio est Christus nudus cum cicatricibus, habens supra se Ciborum: & Imago Beatae Virginis habet breue in manu cum litteris: Magnificat anima mea Dominum. Et alia Imago habet litteras: Benedicatu inter mulieres. Ad pedes sunt arma Reuerendissimi Domini Rothomagensis, & sustentatur totum opus à quatuor leonibus, quod est de argento deaurato valde fabrefacto.

Vna Imago Beatae Virginis marmorea cum basi rotunda, que tenet filium in brachio sinistro.

Alia Imago similis cum basi quadra, que tenet filium in brachio dextro.

Tabula una deaurata, ubi est facies tantum Saluatoris picta, exterum deaurata.

Vna alia Tabula aliquantulum longa, ubi est picta gloriosa Virgo cum filio in brachio sinistro, & cum quatuor Angelis, & uno Fratre de ordine Predicitorum genuflexo.

Tabernaculum unum de argento, ubi est Christus coronans Beatam Virginem ex ambra coloris crocei: & supra est facies Saluatoris, cuiusdem materia, & coloris: & ad pedes de ligno Crucis, & de reliquijs sancte Brigidæ, &

A retro stant arma Episcopi Carpenteraten, ponderis vniuersitatum vigintiquinque cum dimidia.

Cuppa una parua, rotunda, cooperita de charta, & ligata, ac sigillata sigillo paruo Capituli, sine aliqua scriptura.

Vna Tabula longa ad mensuram vnius brachij, & larga ad mensuram dimidijs, in qua est affixa quadam Imago Beate Virginis laborata ex auro, & serico, cum filio in brachio dextro, & una puerula ad pedes, cum duobus medijs Angelis ad caput, & cum litteris græcis circumcirca, & armis Iacobi de Prouensano, qui eam donauit.

Quadam Tabula quadra, cum imagine Beati Hieronymi Studentis, quam donauit Reuerendissimus Dominus Rothomagensis.

Tabula una parua cum quadam pede, positâ in quadam basi lignea, quæ habet figuram crucifixi, & Sancte Marie, & S. Ioannis in vitro, & est circundata reliquijs sanctis, retro habet arma Domini Cardinalis Venetiarum.

Vna Cona, que clauditur, ubi est depicta Beata Virgo habens filium in vlnis, & a latere dextro figuram vnius sancti Pape, à sinistra figuram Sancte Catharinae, supra caput Beatae Virginis est Christus resurgens è monumento; in senecte, que clauduntur à dextra est figura Sancti Pauli, à sinistra Sancti Hieronymi.

Extra vero Tabernaculum est sanctissime Virginis Imago, in crassa tabula, ex Sancti Lucae Euangeliste manu depicta, perennibus miraculis illustris, & in celeberrimo facello Pauli Quinti Pontificis Maximi, magnifica sanctitate, à fundamentis extructo collocata.

In facello Sixti Quinti Pont. Max. Christi Presepe.

Corpus S. Matthie Apostoli, sub Altari maiori.

Corpus S. Hieronymi.

Quinque sanctorum Innocentum reliquie à Sexto Quinto ex Sancto Paulo, in suum facellum translatae sub Sancte Lucie Altari.

E



QVA